I. N. S. S. T.

DISSERTATIO HISTORICA DE ORIGINE AC RELIGIONE FENNONUM,

Von dem Ursprung und der Religion der Finnländer/

QUAM

CONSENSU AMPLISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHICAE IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,

PRAESIDE

VIRO AMPLISSIMO ATQUE CELEBERRIMO

MAG. FABIANO Törner/

ELOQU. PROFESSORE REG. ET ORD.

AD PUBLICUM EXAMEN MODESTE DEFERT

SÆ. RÆ. MTIS. ALUMNUS,

GABRIEL ARCTOPOLITANUS,

GREGORII FILIUS,

OSTROBOTHNIENSIS.

IN AUDIT. GUSTAV. MAI. DIE III. APRIL. A. MDCCXXVIII.

HORIS ANTE MERIDIEM SOLITIS.

UPSALIAE, LITERIS WERNERIANIS.

SAE. RAE. MTIS
MAGNAE FIDEI VIR,
ACADEMIAE ABOENSIS
PRO - CANCELLARIE,
DIOECESEOS EIUSDEM
EPISCOPE
EMINENTISSIME,
CONSISTORII ECCLESIASTICI
PRAESES,
ET SCHOLARUM
EPHORE,
REVERENDISSIME
PATER AC DOMINE,
DOCT.
HERMANNE WITTE,
MAECENAS MAGNE.

NE *mireris*, Reverendissime Pater, *plures esse clientes, qui Tua adeunt limina: plures enim adeundi sunt caussæ. Alios ad audendum invitat summa Tua benevolentia, alios ingentia be-*

)(2 *neficia*

neficia, alios facilitas laudibus prædicanda summis, alios caussæ aliæ. Sed me alliciunt hæc omnia, & præterea supra laudes meas posita cura admirabilis in administranda Ecclesia Fenlandicæ gentis. Illa etenim facit, ut audeam ex tenebris meis prorepere, & abs Tua Reverendissima *dignitate petere, liceat mihi huic meæ dissertationi, de Origine ac Religione nostræ gentis, ex celebratissima* Tui Nominis *fama lucem conciliare. Quam veniam, si benigne meæ tenuitati concesseris, multam habebo lætandi materiam, mihique gratulandi in sinu. De cetero, spes & fortunas meas,* Reverendissime Pater, *bonitati Tuæ commendo humillime: proque Tua salute, ac flore perpetuo Nobilissimæ domus, vota semper fundam calidissima.*

REVERENDISSIMI NOMINIS TVI

CLIENS HUMILLIMUS
GABRIEL ARCTOPOLITANUS.

SAE. RAE. MTIS
MAGNAE FIDEI VIR
PER VERMELANDIAM ET DALIAM
SVPERINTENDENS,
CONSISTORII CAROLSTADIENSIS
PRAESES,
GYMNASII SCHOLARVMQVE
EPHORE,
REVERENDISSIME
PATER AC DOMINE,
DOCT.
IOHANNES STEVCHI,
MAECENAS OPTIME.

Quando, non ita pridem, hostes Finlandiam invaderent, coacti sunt Carissimi Parentes mei fuga se suosque eripere sævientis admodum, illo tempore, Martis furoribus. Aperuit tandem navigantibus, an errantibus auspicato portum Suecia, miserorum asylum. Sed quia plures simul advenerant, quam commodo hospitio excipere poterat, vagabundi multi multa gratis pulsabant ostia. Ita vagando Parentes quoque mei cum liberis multa passi sunt mala.

Tandem, DEI providentia, & fama benignitatis Tuæ iter monstrante, ad Nestam Uplandiæ se contulere. Eras Tu, Reverendissime Pater, *Pastor hujus ecclesiæ: audiebas, accessisse domo sua & patria expulsos exules, postulabas, quod petere non poterant, Tuo uterentur hospitio, fruerentur beficio. Ita rediit Patri meo Carissimo animus. Sed omnia illa Tua beneficia, quæ longo tempore præstitisti afflictæ domui nostræ, nemo enumerare potest; neque ego enumerare tentabo, quia a me fieri nequit. Jam vero jussit Carissimus Pater meus, quia ad id est occasio, dum edo hanc, de Origine & Religione Fennonum qualemcunque dissertationem, ut interpretem agam totius nostræ familiæ in gratiis* Tibi, Reverendissime Pater, *agendis. At non possunt eæ paucis verbis comprehendi, aut explicari a me, qui jam in eo sum, ut novum petam beneficium, utque Tua Reverendissima dignitas benignis oculis hanc respiciat chartam. Supplex, inquam, rogo, velis,* Reverendissime Pater, *illam, Nomini Tuo dicatam, benigne accipere, proque tessera animi longe gratissimi habere. DEUS* Te, Reverendissime Pater, *omni bonorum cumulo augeat beatumque præstet! Hæ sunt preces meæ, eruntque semper.*

REVERENDISSIMI NOMINIS TVI

CLIENS HVMILLIMVS.

GABRIEL ARCTOPOLITANVS.

VIR
ADMODVM REVERENDE ET CLARISSIME,
DOMINE GREGORI ARCTOPOLITANE,
PASTOR IN LOIO MERITISSIME,

ET

ADIACENTIS DISTRICTVS PRAEPOSITE ADCVRATISSIME,

PARENS OPTIME ET LONGE CARISSIME.

P*Rodit jam in lucem fœtus ingenii mei, laborisque juvenilis*, de Origine & Religione Fennonum: *sed qui lucem adspexisset nunquam, nisi illum* Tua, Parens Carissime, *liberalitas produxisset. Non possum itaque non, mihi impense gratulari, felicemque prædicare, quod* Te *talem nactus sum patrem, qui, præter incunabulorum curas, non tantum a teneris inde annis, incredibiles impen-*

disti

disti formandis studiis meis labores, sed etiam una cum annis, majores in Te suscepisti molestias, tum quoque, quum aliorum ope ipse quam maxime indigeres. Hæc omnia ut maximi a me fiunt, & fieri debent, ita, qua pietate possum, humillime rogo, ut velis stamini, quod orsus sum, subtemen subministrare. Sic licebit mihi inoffenso pede in studiis meis pergere; quo nihil certe mihi potest contingere gratius. In me autem, quum nihil sit, quod ad referendam gratiam pertineat, confugiam ad Deum, atque omni animo, pro diutina Tua nostrumque omnium felicitate, preces fundam ardentissimas.

PARENTIS OPTIMI ET CARISSIMI

FILIUS OBEDIENTISSIMUS
GABRIEL ARCTOPOLITANUS.

I. N. J.

CAPUT PRIMUM.

De Origine Fennonum.

§. I.

Inscribitur præsens nostra disputatio de Origine ac Religione Fennonum. Quid sit *Origo*, quum sermo est de initiis, unde sint gentes, nemo ignorare potest: Quid vero sit *religio*, & unde appellationem trahat, sæpius, præter alios, ab eruditis meis commilitonibus dictum est, ut heic nulla prolixa nominis explicatio sit necessaria. Est vero *religio* certa Deum colendi ratio.

[*Vexionii desc. Suec. c. 22.*] tio. Per *Fennones* intelligimus eam gentem, quæ imperio Suio-Gothico ſubjecta, nomen magni ducatus jam diu obtinet. Sunt vero *Fennones* inter antiquos eos populos, quorum mentionem facit quoque Cornelius [*Cap. ult.*] Tacitus, de Germania ita loquens; *Peucinorum, Venedorumque, & Fennorum nationes Germanis, an Sarmatis adſcribam, dubito.* [*Lib. III. c. 45.*] Cluverius in Germania antiqua, explicaturus Tacitum, hæc habet; Ultimi omnium „in Germania recenſentur auctori noſtro „*Fenni:* quorum nomen genusque antiqua „ſede etiam nunc manet. Dicuntur quip„pe ſibi ipſis atque conterminis Sueonibus „*Finner;* Danis & Norvagiis *Finder;* cite„rioribus Germanis, maris Suevici & Ger„manici adcolis, *Fennen;* ſuperioribus *Fin„nen.* Unde etiam Latinis & Græcis voca„bulum eorum in prima ſyllaba variatum. „Quidpe Tacito ſunt *Fenni:* Ptolomæo, „ac Jornandi φίννοι, *Finni.* Difficile autem eſt dictu, quænam vocis derivatio Finlandiæ præ ceteris conveniat, quum in diverſas partes abeant antiquitatum Scriptores, ſuis-

ſuisque plerique non contemnendis rationibus nitantur. [*Paul. Gothi Hiſt. Arct. lib. I. c. 26.*] Qui enim autumant, *Finlandiam*, dici ab amœnitate & pulchritudine, quaſi *amœnam* & *puclchram* terram, non [*Vexion. deſc. Suec. c. 22.*] omnino ineptam denominationis rationem afferunt. Eſt enim tota illa regio *frugibus, pecoribus, jumentis, piſcationibus, venationibus*, aliisque vitæ adminiculis refertiſſima. [*Videantur Paul. Goth. c. cit. & Vexionius c. cit.*] Bureus in deſcriptione Sueciæ, ex [*Bureus in deſc. Suec. p. m. 56.*] aliorum ſententia, hanc adfert derivationem, ac ſi Finlandia vocata ſit, quod ubique amœnior ſit Suecia, pinguioresque fructus proferat, minusque ſit montoſa & paludinoſa. Sunt, qui nomen Finlandiæ, de- [*Vex. deſc. Suec. c. 22.*] ducant a voce Suethica *Finna*, quod in angulo fere Europæ inventa ſit. Tandem Fin- [*Vexion. l. c. Paul. Goth. Hiſt. Arct. lib. I. c. 26.*] landia quibusdam notat tantundem ac *terra hoſtilis*. Nobis, ſi qua Finlandiæ appellationis ratio probaretur, videretur hæc poſtrema non prorſus rejicienda. Conſtat enim, Fennicam a Gothis Suecisque diverſam eſſe gentem, & proprios olim habuiſſe reges, [*Paul. Gothi Hiſt. Arct. lib. I. c. 26.*] cum quibus continua Suecis bella. Scilicet, inde ab antiquiſſimis temporibus, ante

ante ædificatam Stockholmiam, frequentissimas irruptiones in provincias, Melero lacui adjacentes, fecerunt Fenni & Esthones, easque hostiliter depopulati sunt. Unde non est mirandum, si a Suecis nomen Fiendaland Fenningiæ sit impositum. Finlandiam vocat Finningiam, Plinius; *Nec est minor*, inquit, *opinione Finningia.* Di„cta autem est a gente Fennorum Finnin„gia, eadem analogia, qua hodie in Scan„dinavia regiones vocantur, Helsing, Fie„ring, Moring, Bleking: & in continen„te Germaniæ Slesing ad utramque Via„dri ripam; inter Albim & Amisiam, Kä„ding, Städing, Hemmeling: cis Rhenum „vero Lotharing. Fennonibus ipsis patria ipsorum vocatur Suomi & Suomima, aliis Somi & Soma / sive a Suomu/ squamis, quibus eorum domus, ob copiosam piscium capturam, frequentissime conspergentur; sive a Suo/ paludibus, quibus regio abundat; sive a rege Sumbli; sive a Semo, cujus posteritate, ex Asia veniente, habitari creditur. Cogitaveramus initio, de

Lib. 4. c. 13.

Cluv. Germ. Antiq. l. 3. c. 38. p. 656.

Vid. Vex. c. 22. Paul. Gothi Hist. Arct. lib. I. c. 26.

Vexionius loco cit.

de sola Religione gentis scribere, sed nescio, an officio nostro satisfecissemus, si originem gentis, de qua variæ variorum sunt opiniones, intactam prætermisissemus, in primis, quum & illa religioni Fennicæ, saltem ejus mutationibus vicibusque, aliquam conciliare possit lucem, & quod speramus, aliquam benevoli Lectoris gratiam fortassis mereri.

§. II.

Est vero gens Fennica in Europa peregrinæ originis. Quare hæret Tacitus, ut vidimus, adscribatne Fennos Sarmatis, an Germanis. Sed Cluverius, in Germania sua antiqua, affirmat sine erroris quasi periculo, Fennos esse Germanos. Utitur vero, ut hoc demonstret, partim verbis Taciti, partim suo, quod robustum esse credit, argumento. Si, inquit, *in plaustro*" *e quoque vivere*, certum est argumentum" Sarmatici generis; *pedum* autem *usu ac*" *pernicitate gaudere*, indicium generis Ger-" manici; certe & Finni nulli alii fuere," quam

Cluv. Germ. Ant. lib. 3. c. 45. p. 693.

„quam Germani. Verum Germanos hos „fuisse, ex eo maxime adparet, quod por„tiones eorum, ab universo corpore anti„quis temporibus avulsæ, Scritofinni ac „Marchiofinni, semper in hanc usque diem „fuere Germani. Nec ipsi Finni in Fin„ningia ab hoc genere, vel sermone, vel „moribus degenerant, nisi versus Corel„liam; ubi ejusdem cum Lapponibus atque „Corelliis sunt sermonis: multumque vete„rum morum, si qua alia gens, pertina„citer servant. Nos auctoritatem equidem Cluverii alias magni facimus; ut autem, hac in parte, eam sequamur prohibent multa, quæ eam comitantur incommoda: Tacitum, hoc in casu, leviter esse lapsum, putamus. Argumentum vero Cluverii eadem facilitate, qua adsumitur, etiam destrui posse videtur. Nemo sane probaverit, Fennos esse Germanos, quum illud ipsum, eruditis viris, arguat non vulgarem imperitiam in Europæis antiquitatibus. Certum namque est, inter antiquissimas & primas Europæ gentes, non fuisse

fuisse Fennones. Quod non obscure docuit antiquæ historiæ magnus ille & celeberrimus interpres, b. m. Rudbeckius, Pater. Scilicet, non sine ratione, statuit, tria tantum hominum genera Europam occupasse, *Græcos*, *Celtas*, atque *Scythas*, gentes, ut existimat, linguæ diversitate, ad quam in populorum constituendis discriminibus respiciendum est, distinctissimas. De Celtis producit testimonium & fidem Herodoti, scribentis, Istrum fluvium, hodie Danubium vocatum, incipere a Celtis, omnium in Europa, ad solis occasum, extremis, & mediam Europam scindere, donec in mare Euxinum excurrat. Jam omnes quidem norunt, in media prope Germania scaturire Istrum. Herodoti autem tempore, regionem, quam Ister præterlabitur, non appellatam fuisse Germaniam, sed Celtiam, ipsosque locorum incolas non venisse Germanorum, vel Gallorum nomine, sed Celtarum, constat. Quod vero Gallia Celtiæ nomine venerit, præter alias rationes, quas adducit vir immortalis me-

Tom. I. c. III. §. XI. XII. XIII. &c.

p. m. 58.

memoriæ, etiam illa est, quæ desumitur ex Diodoro Siculo, qui scribit, virum olim egregium Celtis imperasse, ex quo fi-
p. m. 60. lia, corporis magnitudine ultra naturæ modum super ceteras excellens, orta esset. Quæ, quum elata viribus & specie, viros alios, ut matrimonio suo indignos, contemneret, tandem Herculem in Celticam adversus Gergonem venientem, maritum voluit. Sic, postquam Herculi juncta esset, peperit filium Galaten, qui, patrio suscepto regno, præclarisque rebus gestis, subditos omnes ex suo nomine appellavit Galatas. Unde omnis ea regio *Gala-*
p. m. 61. *tia* dicta: Galatia autem Gallia est, ut Galatæ iidem, qui Galli. Germaniam autem Celtarum fuisse, arbitratur firmissime posse concludi, auctoritate Strabonis, ea loca,
p. m. 63. quæ Græciam & Scythiam interjacent, Muscoviam puta, Germaniam, Poloniam, & præter has, Daniam, Galliam, Hispaniamque, antiquissimis istis temporibus, aut nullos, aut rarissimos incolas habuisse affirmantis. Ultimo, finem sermoni de Celtis, antiquis-

simis Europæ incolis, impositurus, Dionis Cassii clarissima verba adducit; Rhenus“ p. m. 60.
ex Alpibus Celtarum, paulo supra Rhæ-“ tos oritur, inde versus occidentem pro-“ fluens, ad sinistram, Galliam ejusque in-“ colas, ad dextram Celtas dividit, tandem“ in Oceanum exit. Hic enim limes in“ hunc usque diem earum regionum habe-“ tur, ab eo tempore, quo diversa nomina“ adeptæ sunt. Siquidem antiquitus popu-“ li, qui ex utraque parte Rheni habitabant,“ Celtæ uno nomine appellati sunt. De Græ- p. m. 61.
cis utitur testimonio Scylacis, probatque, ad eos pertinuisse urbes, per omnia maris mediterranei litora, maxime ea, quæ Europæ adhærent, *Emporium* & *Massiliam* in Gallia, in Hispania *Iberos*, in Campania Italiæ *Cumas* & *Neapolim*, in Pannonia, olim Illyrico, *Heracleam*, *Epidamnum*, *Apolloniam*, aliasque complures. De Scythis loquens docet, ex scriptorum testimoniis, habitasse eos in locis maxime septentrionalibus, e regione Æthiopiæ, & quidem sub communi meridiano, quem Geo- p. m. 61.

graphi omnes, eorumque mappæ ob oculos ponunt, & terram ipsam Sueoniam esse ostendunt. Cujus etiam ultima pars promontorii, Scythiæ nomen hodieque retinet, Skyttingberg, id est, promontorium Scytharum. Omnem denique, de tribus antiquissimis Europæ incolis, sermonem finit magnus noster Antiquitatum Do-„ctor, hunc in modum; firmum itaque fi-„xumque manet, scriptores omnium anti-„quissimos, præter Scythas, Celtas & Græ-„cos, populum in Europa nullum agnovisse. Ut autem eo melius hoc patesceret, id ipsum probare quoque conatur ex linguis primariis, quas itidem tres numerat, *Græcam*, *Scythicam*, & *Celticam*. De Græca & Scythica nullum fere esse dubium existimat, quum hymni & scripta veterum, variaque monumenta in saxis, membranis & lignis exarata, illas ad nos transmiserint. De Celtica vero, cujus reliquiæ fere desiderantur, major est auctori difficultas, qua tamen se liberare conatur. Quomodo aliæ Europæarum gentium linguæ, quæ

Conf. p. 66. cum p. 68.

p. m. 68.

p. m. 71.

quæ nunc vigent, ad has reduci possint, præclare ostendit; desinendo in lingua Fennica. De hac, inquit, cui annumeran-“ dæ sunt Lapponica, Esthonica, Biarmica &“ Slavonica, quarum huic docti rursum ac-“ censent Moscoviticam, Polonicam, Un-“ garicam, Bohemicam & Moldavicam,“ id teneri posse videtur, quod una cum“ populis suis, Obium, Volgam & Tanaim“ fluvios transeuntibus, ab oriente in Europam“ sensim penetrarint.

p. m. 80.

§. III.

Sic vidimus, non numeratos fuisse Fennones inter populos Europæ antiquissimos: Ideoque nec linguam Fennicam originem debere linguis ceterorum Europæorum. Et, quia linguæ mentionem fecimus, magnum habebit pondus argumentum eorum, qui, ob linguæ convenientiam, statuunt Lappones & Fennones ejusdem esse originis. Multa sunt certe, quæ fidem concilient beato Scheffero, adfirmanti, ejusdem esse nationis Fennones & Lappones. Ipsa, ut inde ordiamur, utriusque gentis appellatio sola dialecto dif-

differt; Lappo enim sua lingua dicitur *Sahmi*, sive, *Same*, Fenno *Suomi*. De conditore utriusque gentis traditio est pervetus, in utroque populo, eum vocari Finnonibus *Jumo*, Lapponibus *Jumi*. Sermo, licet in omnibus utrique genti non sit plane idem, convenit tamen in pluribus, ut ostendit idem beatus Schefferus, in capite peculiari, de sermone Lapponum.

§. IV.

Plus, quam probabile itaque est, venisse Fennones ex Asia, sed, ex qua parte Asiæ hi prodierint, nemo adhuc dixit, aut dicere potuit, propter rei difficultatem summam. Laudabilis itaque est conatus, suoque nititur fundamento, incluti viri, nobilissimique Domini Professoris Olavi Rudbeckii, Filii, qui non vanis argumentis adductus evocat ex ipsis Israelitis originem Fennicæ gentis. Non est, ut nos quidquam dicamus de iis, in quibus suspicimus summi viri & polyhistoris eruditionem, nobis semper venerandam. Dicimus interim, vel præcipuam

cipuam partem nostri, de Fennonum origine, laboris, tanto nos debere patrono, qui permisit nobis, id efficiente Amplissimo Præside, ut literas ad se hoc in argumento scriptas cum erudito orbe communicare nobis liceat. Literæ vero hæ sunt;

Videor ego Tibi, amicissime Domine, quum una eramus, de ceteris abunde disseruisse, sed obiter nimis attigisse originem Esthonum, Fennorum & Laponum: jamque petis, ut in hac etiam quæstione desiderio Tuo satisfaciam. Satisfacio autem libenter, si possum: saltem constabit Tibi, quæ sit, fueritque jam diu opinio mea: quam ut nemini obtrudo, ita, si DEO sic visum, pluribus illam, alio tempore, exponam. Ad originem itaque quod attinet Esthonum, Fennonum Laponumque, arbitror has gentes referendas esse ad reliquias decem Israelitarum tribuum, quas e Cananæa captivas abduxit Assyriorum rex, Salmanassar, inque deserta, nec ad id tempus satis culta loca Persiæ Mediæque transtulit: qualia חלח *Chalach*, חבר, *Chabur*, גוזן *Gosen &* הוה *Hæva, quorum nomina*

mina in Sacris Bibliis recensentur. Mirari vero convenit, inde ab eo tempore, quo profugi facti sunt Israelitæ, nullum historicum mentionem eorum fecisse: contulerintne se alio, an illis in locis, in quibus considere eos jusserit Salmanassar, evanuerint. Memoratu interim digna sunt verba auctoris Libri IV. & cap. 13. *Esdræ;* Hæ sunt decem tribus, quæ captivæ sunt de terra sua in diebus Oseæ regis, quem captivum duxit Salmanassar, rex Assyriorum. Et transtulit eos trans flumen; & translati sunt in terram aliam. Ipsi autem dederunt sibi consilium hoc, ut derelinquerent multitudinem gentium, & proficiscerentur in ulteriorem regionem, ubi nunquam habitavit genus humanum: & ibi observarent legitima sua &c. Per eam enim regionem erat via multa itineris anni unius & dimidiii. Nam regio illa vocatur Arsareth. Tunc habitaverunt ibi, usque in novissimo tempore. *De adstruenda hujus Scriptoris fide, non laboro. Si interim hoc in negotio, vera loquitur, nescio, quo se contulerint Israelitæ, nisi in eam septentrionis partem, ubi nunquam habitavit*

tavit

tavit genus humanum: atque iter illud a ponto Euxino *in* Lapponiam *postulavit istam, quam dicit, cum liberis, pecoribus & re domestica, moram unius anni cum dimidio. Quid tribuere velis* τῷ Arsareth, *quod respondet nomini urbis* Arsaratha *ap. Scythas, teste Beroso, ipse vide. Certe Plinii* Osericta, *ut ipsis literis, ab* Arsaratha *non multum abludit, ita est* insula, *in Germaniæ littoribus cedri genere silvosa, unde electrum defluit in petras. Annon, quæso, hæc insula est Scandia, aut Scandinavia nostra? Ego, non sine caussa, esse opinor. Est heic Juniperus, Suet.* Enbär/ *species cedri, est abies, sive picea, quam pro cedro non pauci ex eruditis habent, saltem ejus generis esse credunt. Et hæ arborum species in Scandia integras constituunt silvas. Quod attinet ad originem vocis* Arsereth, *coaluit illa ex duobus verbis Hebraicis* ארץ, *arez h. e. terra, regio, &* ארז, *æres, cedrus, picea, quæ & Chaldæis vocatur* ארזא, *arza, & Arab.* ארזה, *arza: unde Arzareth idem est ac cedri vel piceæ terra, quasi* ארזארץ, *vel secundum genium linguæ Hebraicæ* ארץ הָארז, *regio cedri.*

Vel

Vel ex hac significatione videmur agnoscere Oserichtam, *sive Scandinaviam, quæ sola plurimum succini reliquis in orbe populis suppeditat. De cedro hæc habet in Lex. Polygl. Schindlerus;* est a. arbor omnium procerissima, abietis species, junipero non absimilis.

Verum non opus est testimoniis & argumentis aliis, pro vindicanda Arsaratha sive Oserićta Scandiæ, si sunt in illa nationes, quarum lingua eas Hebraicæ gentis propaginem esse declarat.

Sunt illæ Lapones, Fenni & Esthones, quæ magnam partem, Hebraice loquuntur, ut, DEO juvante, docebit opus illud meum, quod hæc talia continet.

Non est, opinor,, tacente historia, & tacentibus rerum actarum monumentis ac traditionibus, certior via, in eruendis populorum originibus, illa, quam monstrat linguarum convenientia major.

Concedendum interim est, esse primigeniæ linguæ reliquias passim ap. gentes singulas; sed excepta Syriaca, Chaldæa & Arabica tantam

tam cognationem cum Hebræa vix deprehendes, atque est in lingua Fennorum, Laponum Esthonumque. Heic enim videre est, ipsas vocum Hebraicarum radices, significationes, rationem per tempora & casus flectendi & nomina & verba, quorum non pauca, Hebraos imitando, quatuor parent Grammaticorum conjugationibus.

Quare non absque caussa laudanda mihi est opera ac diligentia, quam impendit dissertationi Academicæ de convenientia linguæ Hebraicæ & Fennicæ Clarissimus Philosophiæ Magister Ericus Cajanus.

Quid si adjecero, Laponibus & Fennis adhuc in usu esse, præter affixa, quæ vocantur, etiam suffixa, nescio, an aliis observata.

Similem esse rationem Pronominum separabilium & inseparabilium, quæ est apud bræos, idem recte monet Cajanus, quamvis pauca duntaxat exempla suæ adserendæ sententiæ adferat.

A fœmininis pl. numeri formari substantiva, ut apud Hebræos, constat. Dabo exemplum; נער *Naar Hebr. infans, puer, adolescens*

ſcens, Nuor Lap. Nuori Fennis idem eſt. Unde נעורות Neoroth Hebr. pueritia, juventus: Nuorawoth Lapon. Nuorus Fenn. idem.

In hac vero verborum diſſimilitudine non attendes ad mutationem vocalium, ſed radices ipſas, quas faciunt conſonæ. Quam ſit inconſtans ratio vocalium, vel Suionicum illud Kung/ Rex, oſtendit. Danis eſt Kong/ Anglis King, Germanis König &c. Conſonantes eædem, vocales diverſæ. נער Naar Hebr. agitavit, concuſſit &c. (נערתי Naarthi). Narthi vel Nardi Lap. idem.

Abundamus exemplis aliis, quæ mittimus. Nemo a. eruditorum mirabitur, minores illos literarum ejusdem organi mutationes, & vocabulorum in caſibus & terminationibus: quia deperditis literis, & a majoribus accepta arte ſcribendi, quæ ſola linguis ruituris gradum ſiſtere poteſt, non mirum, linguas detrimentum pati.

Conjectura mea eſt, Odinum primum, quia id docent hiſtoriæ, non in gentem ſolum, ſed in linguam quoque exercuiſſe imperium, eamque mutaſſe. Sed de qua re alibi.

Quam

Quam ſupra profeſſi ſumus ſententiam, Iſraelitas ex Perſia & Oriente, in ſeptentrionalia veniſſe loca, illa vires acquirit, ſi commonſtraverimus, multa & urbium, & pagorum nomina in hac plaga, de qua loquimur, ac in Aſia non eſſe diverſa.

Ita eundem ſonum & ſignificatum habent. Ut ex plurimis pauciora adferam; Hallola urbis vel pagi nomen in Perſia, ſub grad. 34. Hallola pagi nomen in Tavaſtia ſub gr. 62. Hallola lacus ibidem. Jumalech & Jumalen pagus gr. 38. Jumalaj Finlandiæ gr. 61. Chaja pagus gr. 90. Caja inde Cajanſalmi h.e. Cajæ fretum in Cajania, gr. 66. Ollau urbis nomen prope flumen Kurr, gr. 43. Oulou urbs & flumen in Oſtrobothnia gr. 66. Checmechu, pagus in Perſia prope montes gr. 34. Kekimechi pagus Finlandiæ gr. 62. Item Sechmechi aliis Sexmechi in Tavaſtia gr. 62. Raſalain lacus gr. 36. Rozelain, lacus Careliæ gr. 63. Vaſſa urbs, trans Euphratem gr. 33 Vaſſa urbs & flumen Finl. gr. 60. & hujus ordinis ſexcenta alia nomina in ſeptentrione Aſiaticis reſpondentia ac ſimilia.

 Quam

Quam porro viam Boream versus tenuerint profugæ decem tribus, ipsa ab illis relicta vestigia inter Persiam & Finlandiam testantur: ut sunt appellationes lacuum, fluviorum, pagorum &c. quos aut in mappis Geographicis legeris, aut ex ore audiveris peregrinantium.

Ego certe notitiam veritatemque talium rerum debeo benivolentiæ summum præfecti locum tenentis Dn. Taberti Stralenborg, Nobilissimo Domino Bibliothecario & Assessori, Henrico Brenner, aliisque.

Dicerem, hæc momenta, pro aperienda Fennorum & Laponum, imo & Esthonum origine maximi ponderis, nisi prioribus essent, quæ sequuntur, paria.

Supersunt in his gentibus ex longa cum Persis consuetudine sermonis Persici vocabula non pauca, quæ in arte numerandi a solis Laponibus, eorumque Popularibus in Europa usurpantur.

Membris solidis, & bene compactis utitur Lapo, in nervis nullus rigor: manuum, pedum, poplitum vigor summus: atque ut ex habi-

habitu ac magnitudine corporis agnoscas inter Riphæos montes Israelitam, idem ubi in Helsingiam, & viciniora Gothis loca descenderit; fatebitur, quod fassi sunt majores illius, quum Cananæos venirent speculatum, se, metiendo proceritatem incolarum, fuisse quasi חגבים, Chagavim *Numer*, 13. 34. *hoc est, instar locustarum, ut vertunt alii: mihi vero placet*, instar perdicum.

Numerum porro argumentorum nostrorum augent in Laponibus consuetudines Hebræorum veterum, in adeunda hæreditate, in salutando, osculum dando, complicatis in transversum cruribus inter sedendum, & in aliis.

Adhærent adhuc appellationes Hebræorum vestibus, calceis, rei domesticæ & animalibus.

Ita, more majorum, Lapones cultum Numinis instituebant, victimas cædendo, procumbendo in ora, ungendo, templa condendo, vocandoque DEos Jumala, Thor *&c. in quibus omnibus Hebræos olim sunt imitati.*

Atque primis illis temporibus computum sequebantur Hebræum, annum auspicantes à

 Martio,

Martio, non a Januario, qui nobis est anni initium, nec a Septembri, qui Russis primus fuit mensis. Sabathum illis erat dies Saturni.

Nolo esse prolixior. Cogita vero Tu mecum, mi Domine, vim verbi Divini, & falli nescia oracula ac sancta vaticinia Prophetarum, quæ licet sero quandoque ad exempla statuenda se parent, parant interea tamen & statuunt.

Viveret jam magnus ille & Divinus vates, dux per deserta Arabiæ Israelitarum, Moses, & videret suæ gentis misera & a se prædicta fata, quia violarunt sanctissimas DEI leges, creatorisque sui cultum.

Deut. 28. 64. *Prædixerat vir ille DEI, ob peccata & contemtum religionis, Israelitas servituros fore, loco veri DEI, lignis lapidibusque* in terræ finibus.

Sed hæc omnia obiter scribo, non ut Te erudiam, sed ut Te excitem & irritem, quo cotem habeam, qua acuatur & stilus meus & ingenium in his, quæ mihi sunt in manibus. Spero me & Tibi & bonis omnibus satisfacturum esse, ubi prodierit Thesaurus meus Linguarum

rum Asiæ Europæque; atque singulare opus de origine Fennonum, Laponum, Esthonum. Ista, & reliqua, quæ inchoata vidisti, dum in eo sum ut perficiam, me multum turbat mors generi mei perdilecti, Doctoris Petri Martini: eaque facit, ut redeundum mihi sit ad eas partes muneris mei Academici, quas ille sustinuit, & sustinendo multas bonas horas meis reliquit lucubrationibus &c.

§. V.

Sed mirari convenit, quid fuerit caussæ Israelitis, cur, relictis sedibus, sibi ab Assyriorum regibus datis, ultima petiverint septentrionis. Ubi vero legendo vestigia huc & illuc migrantium populorum, in orbe terrarum, inquirimus in ea, quibus allecti, aut impulsi alia aliaque loca occuparint, jam mirari desinemus. Scilicet aliis migrandi caussa erat sterilitas soli, aliis jugum servitutis gravius, aliis fortitudinis quædam gloria, aliis, nescio quid. Quæ prima Israelitarum sedes fuerit, docuit ex 2. Reg. XVII. nobilissimus Rudbeckius. Latius vero se diffudisse hunc populum, post

poſt capitivitatis initia, apparet ex his verbis Epiſtolæ I:mæ Petri Apoſtoli Cap. I. v. 1. *Petrus Apoſtolus JEſu Chriſti advenis diſperſionis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam & Bithyniam*, ut vertit Beza, vel ut Tremellius, *Petrus Apoſtolus Jeſchua Chriſti electis & incolis diſſeminatis in Pontum, & in Galatiam & in Cappadociam & in Aſiam & in Bithyniam.* Atque hæc ipſa eſt diſperſio, cujus mentionem facit Apoſtolus Jacobus, cap. I. v. 1. In quem locum, occaſione verborum, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, ſe-
in Vol. IV. 1414. quentia affert Matthæus Polus, ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ, ultro citroque diſperſis, diſſeminatis inter gentes, *Iſraelitis, Chriſtianis ſcilicet factis, quippe quos fratres & dilectos paſſim vocat; qui erant extra Judæam, diſperſi inter gentes per varia regna, provincias Romanorum, per totum orbem. Diſperſiones hic reſpicit, vel particulares & recentiores, quales Actor.* 8: 1. & 11: 19. *ſed diſperſi illi diſtinctos non habebant cœtus, quos hic tribuit Jacobus c.* 2: 2, *vel univerſales illas & antiquas & decem & duarum tribuum in Aſſyria, Babylonia &c.* Mil-

Milius etiam & Kuſterus hunc eundem locum ita explicant; *Neque enim de diſperſione hic loquitur Apoſtolus, quæ ſub Stephano contigit, per regiones Judææ & Samariæ duntaxat Act.* 8. *ſed altera illa olim facta, ſcilicet ex eo tempore, quo Judæi in Aſſyriam, Babyloniam, Ægyptum, & alia longe lateque diſſita loca ſeu abducti, ſive etiam ſponte profugi diſceſſerunt.* Quam late vero ſe extendant loca hæcce, in quibus diſperſi Iſraelitæ habitabant, Pontus, Galatia, Cappadocia, Aſia & Bithynia, præter alias, videre poſſumus ex Hornii Arca Noæ p. 143. & ſeqq. De Ponto quidem, miſſis ceteris, ita loquitur; *Hoc regnum late per Scythiam extenſum, Colchidem, Boſphorum, aliosque populos ad Pontum Euxinum complectebatur.* Quod Iſraelitis accidit, ut a regibus Aſſyriorum ſedibus ejicerentur avitis, idem paulo poſt accidit Judæis, qui a Nebuchadnezare, captivitati Babylonicæ addicebantur. Redeundi tamen tandem Hieroſolymam facta eſt Judæ copia, mandato Cyri: omnes autem rediiſſe, non eſt veroſimile. Quoſdam detinuiſſe videntur

 ſeniles

ſeniles anni, quosdam conſuetudo & res contractæ, quosdam in hoſtili ſolo cum peregrinis inita matrimonia, comparata domicilia, agri aliaque vitæ commoda. Chriſti & Apoſtolorum temporibus, ab urbe Hieroſolymitana, magnum numerum & Iſraelitarum & Judæorum abſuiſſe, facile nobis perſuadebit ipſum initium Epiſtolæ Jacobi Apoſtoli, quod hujusmodi eſt; *Jaakub ſervus DEI & Domini noſtri Jeſchua Chriſti, duodecim tribubus diſſeminatis inter gentes, pacem.*

§. VI.

Non multum tribuit auctoritati ſcriptoris, qui librum IV. Esdræ nobis reliquit, antea laudatus Rudbeckius. Neque nos tribuimus, ubi attendimus ad res ipſas, confictas vani hominis narrationes, & de illis judicia Summorum Theologorum. Interea tamen, ubi adſunt indicia aliqua certiora, narrationes quorumlibet, ſi ad rem noſtram faciunt, non ſunt omnino ſpernendæ. Proinde magnum habet pondus

dus illa *profectio in ulteriorem regionem, ubi nunquam habitavit genus humanum; iter quoque unius anni cum dimidio.* Habet nomen regionis *Arſareth*, habet convenientia nominum & appellationum *locorum, urbium*, rerum aliarum, habet ipſe *habitus corporis, mores, templorum & altarium* ſimilitudo, *annum computandi ratio, celebratio ſabbati.* Sed habet momentum maximum ipſa lingua. Quia quoque deſumta eſt hæc, ſive hiſtoria, ſive fabula, ut fabulam vocant Tremellius & Junius in commentario marginali ad hunc locum, a traditionibus Judæorum; videri poteſt, Pſeudo-Ezram mereri eam fidem, ubi hiſtoricum agit, quam meretur Diodorus Siculus, Cteſias Cnidius, aliique, qui multa ſcripſerunt veritati quandoque contraria, vel per ignorantiam, vel per ſtudium aliis contradicendi. Sint vana, ſint falſa, nugæ denique, ut eſſe debent illa omnia, quæ noſter ſcribit cetera, Sacro-Sanctæ veritati & canoni Bibliorum repugnantia. Videtur tamen hæc narratio de Iſraelitis, un-

 decun-

decunque is eam ſumſerit, per rationes, a Nobiliſſimo Rudbeckio allatas, non omni prorſus carere fundamento. Nemo enim dixerit, non fuiſſe regnum Aſſyriorum, quia multa de eo mentitur Cteſias, aut non fuiſſe regnum Babyloniorum, quia in narrando & ſacræ & profanæ auctoritati repugnat falſus Beroſus. Ut fuiſſe illa regna conſtat, ita de Iſraelitarum itinere non licet forte pro commento illa etiam habere, quæ de eo habet Pſeudo-Ezra. Si adjecero, Lappones, *Samoreos*, appellari malle, quam Lappones, & *Samoreos* dici a Samaritanis, quid, quæſo, ad Rudbeckianam Sententiam ſtabiliendam fortius?

Ut obſerv. Acta Liter. Svec. Trim. 4. A. 1720.

CAPUT SECUNDUM.

De Religione Fennonum profana.

§. I.

SUperſunt, poſt lapſum, quædam quaſi rudera deſtructæ in homine perfectionis primævæ, quorum ope Deum creatorem omnes omnino gentes, natura duce, aliquo modo cognoſcere poſſunt,

ſunt. Supereſt ſimul facultas hanc augendi cognitionem, inquirendo in primis, ſi qua exſtiterit ſanctioris religionis fama, an uſpiam terrarum veriora cognitis cogitatisque haberi queant. Sed dolendum, gentes non ſolum non ſolicitas fuiſſe, de uſu notitiæ hujus innatæ pædagogico, ſed etiam eo usque ratione abuſas, ut in maxime horrendam prolaberentur idololatriam, deferendo cultum τοῖς μὴ φύσει ȣ̃σι Θεοῖς. Hinc gentium Apoſtolus, Paulus ita loquitur; Διότι γνόντες τὸν Θεὸν, ȣ̓κ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ἐυχαρίςησαν. ἀλλ᾽ ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Φάσκοντες ἐῖναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν. Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τȣ̃ ἀφθάρτȣ Θεȣ̃ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτȣ̃ ἀνθρώπȣ, καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν. Atque ut hoc ipſum accidit ceteris gentibus, ſic accidit quoque Fennonibus. Credimus interim, Fennones, primis temporibus, verum Numen, quamdiu avorum ſuorum premerent veſtigia, coluiſſe: Sed his derelictis, ſenſim, more reliquarum, Deorum multitudinem ſibi

Rom. I. v. 21. 22. 23.

ſibi finxiſſe. Si vero Iſraelitæ olim fuerunt, jam ſtante eo regno, & ante adventum Samaritanorum, vero eſt ſimile, eos ſecundum legem latam a Deo, Deum coluiſſe: veramque religionem, quam gentes alias, diutius retinere potuiſſe. Illa vero religione tandem in poſteris exſtincta, vicinorum populorum ſecuti ſunt exempla idololatriam amplexando. Quumque non ſatis eis eſſet, coluiſſe ſolem, lunam ipſamque terram, homines & heroas præſtantiores colere cœperunt: qui ubi oculis eorum morte ſubducerentur, etiam longius ſunt progreſſi. Ut brevibus agamus, audiatur Vexionibus in deſcr. Svec. *Ingentes,* Lib. X. c. 2. ait, *quoque lapides, denſas ac proceras arbores pro Diis coluerunt. Item excelſam ſtatuam manu factam, intusque excavatam, ſcamno inſiſtentem, & malleum manu tenentem, cui indies cibum ingeſſerunt, Hanc ad cultum ruſtici in apricum portarunt, auro & argento ornatam in medio collocarunt, eique flexis poplitibus & corporis inclinatione venerationem exhibuerunt.*

§. II.

§. II.

Porro, ut apud ceteros profanos populos, erant Deaſtrorum plura quaſi agmine; Ita unus præcipuus erat nefandi exercitus quaſi dux, etiam apud Fennones. At quis hic fuerit, & cujus nominis Deus, diſpiciendum. Nominat Schefferus in Lapponia ex hiſtoria S. Olai, regis Norvagiæ, ut & Pet. Bäng in hiſtoria eccleſiaſtica, Deum quendam *Jumala*, quem Biarmii colerent; **Inne i gården ſtår ock de Biarmers Gud/ och heter Jomala.** Similia de Biarmiis habentur in hiſtoria Herodi c. 7. *Ther er gofgad god, thed er Jomala heiter; hoc eſt; in eo* (loquitur de templo quodam) *celebris eſt Deus, qui dicitur Jomala.* Biarmienſium itaque erat Deus, & ipſa quoque vox ejusdem gentis, ac Fennicæ. Et licet non conveniat inter Scriptores de loco, quo ſita erat Biarmia, quum alii quærant eam, aut inter Bothniam orientalem & occidentalem; aut in Bothnia orientali, ubi Cajania eſt; aut inter Bothniam & hanc noſtram Finlandiam: alii Biarmios Norvegiæ accen-

VII. Lib. VI. c. XVIII. Scheffer. c. VII. vid Bäng. Lib. VI. c. XIX.

Hist. eccl. Lib. VI. c. XIX. accenseant, Petrus denique Bäng Alandiam putet nomine Biarmiæ insignitam fuisse; perstat tamen Schefferus in hac sententia, Biarmios debere ortum Fennonibus, ac proinde servasse religionem a Fennonibus receptam, Deumque ab iis cultum, Jumala. Quod vero Jumala præcipuus fuerit Fennonibus Deus, vel ex eo apparet, quod, qui Θεὸς est Græcis, Latinis *Deus*, Svecis Gothisque, & qui sunt Gothicæ originis, Gott, vel Gud, Jumala a Fennonibus etiamnum nuncupetur. Unde Bängius citato libro; c. XIX. *Nisi pro Thorero, Deo summo, stetisset Jumala, gens hæc ad Deum recte conversa, nequaquam hoc nomen retinuisset; at quia idem illa retinuit, postquam Christo dedebatur, inde conjicere fas, non tenuis & imperfecti Dei nomen id fuisse, sed ut hodieque, ita olim, Deum creatorem cœi & terræ, ut spero, semper notasse, sensu aut parabolico aut literali.* Jumala itaque Biarmiis, Lapponibus & Fennonibus, magnifico sumtu cultus est. Statua ejus magna, erat, collum aureo torque, aliis, bulla aurea, redimitum Sed de Jumala hæc dixisse sufficiant.

§. III.

§. III.

Est inter idola Thorus quoque, de quo ita loquitur Vexionius. *Fenni etiam* In def. Svec. Lib. X. c. II. *olim juxta Asiaticam religionem*, ut habet Sturlesonius, *Diis suis, inter quos* **Thor** *eminuit, quotannis stata sacra celebrarunt, ingentibus conviviis; ubi scyphis, ethnico ritu, benedixerunt, boves & equos immolarunt, sanguine sedilia inunxerunt: Autumno, ut tolerabilem hiemem experirentur: media bruma atque æstate, tum pro felici annona, tum pro pace, obtulerunt.* Dubitari poterit, **Thor**ne, & Jumala Fennonibus idem fuerit numen, sub diversis nominibus cultum, an diversum. Vult certe idem esse numen Bängius, adducitque tres in primis rationes, Lib. VI. c. XIX. quibus nos inducat ad credendum, Thorerum Sveo-Gothicum, fuisse Jumala Biarmiensium. Primum illi argumentum sumitur ab eo, quod gens maritima sinus occidentalis in sacra Sveo-Gothica, propter viciniam inclinavit. Alterum est, Jumalam solum in Biarmia Deum fuisse. ut apud Svecos, ante ceteros, colebatur,

 illo

Lib. VI. c. XIX. illo putante, Thorerus: immo, hæc addit, *absque dubio, fuit hic Jumala ille Fingi Thorus, quem Edda recenset inter Odini majores.* Tandem, quia apud Fennones remansit nomen Jumala, introducta religione Christiana, colligit, Jumalam pro Thorero, summo Deo fuisse. Jamque nomine gavisum gemino. Probabiliter hoc statuitur: dato enim Jumalæ Imperio in aerem, fulmina, tonitrua, valetudinem hominum, vitam, mortem & reliqua, sequitur, quum & hæc Fennones adscribant Thoro, idem fuisse numen, diversis nominibus insignitum. Sed non unus Fennonibus Deus, ut neque gentibus ceteris. Sveones coluisse solem, lunam, terram, certum est: coluisse, inquam, antequam aut Odino, aut Thoro aut deastris reliquis, divinum tribuerent aut nomen, aut honorem. Illorum exempla sequendo, ut nos arbitramur, ipsi Fennones eosdem habuere Deos. Carelos solem & lunam pro Diis habuisse,
Lib. VI. c. VI. docet rursus Bangius, qui inducit Michaelem Agricolam, olim Episcopum Viburgensem, Rythmice de his ita loquentem.

Palweltin mös palio mwta/
Kiwet/Cannot/Tädet/Auringot/Cuuta.

Hæc Latine ita vertimus; Coluerunt etiam multa alia, lapides, caudices, stellas, solem, lunam.

§. IV.

Hos vero, quos recensuimus, more Romano, majorum gentium Deos appellare possis, & qui sequuntur, minorum. Audiatur Vexionius; *Fuerunt*, inquit, *&* Lib. X. c. II.
Fennis olim sui Deastri, ut Careliis Rongotheus/ *secalis*, Pellonpecko, *hordei*, Wierancannos/ *avenæ sationi favens:* Egres/ *olera, pisa, rapas, linum, cannabimque protegere creditus est.* Ucko *cum conjuge* Raune *tempestatibus præesse.* Kåkre/ *qui ad hæc tempora superstitiose colitur, pecudes a bestiis protegere,* Hyse *lupis & ursis imperans.* Nyrke *sciurorum,* Hittawanes *leporum venationi favere. Tavasti colebant,* Tapio *venationum Deum,* Achtes *piscationum,* Liecki *lucorum,* Turisas/ *bellorum & victoriæ.* Crattes *opum,* Tonthus *larium,* Rachkis

nocti præeſſe & lunam arrodere putabatur. Præter hæc Carelorum numina, recitat Petrus Bäng ex Michaele Agricola, etiam alia, utpote Köndös/ Woden/ Emä/ Colluden/ Hanti Menningeiſet. Tavaſtis vero non ſolum eos, quos Vexionius habet, aſſignat, ſed etiam hos, Æinimäinen. Ilmariuen. Kapeet. Calevanpäjat. Legi fortaſſis meretur ſequens carmen a Michaele Agricola conſcriptum.

Lib. VI, c. VI.

Vid. Hiſt. Eccl. Bäng. L. VI. c. VI.

Epeiumalat monet teſſe/
  Muinen palweltin caucan ja låſſe.
Neite cumarſit Hemelaiſet/
  Seke Miehet että Naiſet.
Tapio Metzeſt Pydyxet ſoi/
  Ja Achti wedeſt Caloia toi.
Ainimäinen wirdhet tacoi/
  Rachkoi cuun muſtaxi jacoi.
Liekiö Rohot/ jwret ja puudh/
  Hallitzi/ ja ſencaltaiſet mwdh.
Ilmarinen Rauhan ja ilman tei/
  Ja Matikamiehet edeſwei.
Turiſas annoi Woiton Sodhaſt/
  Cratti murhen piti Tauaraſt.

Tontu Honen menon hallitzi/
  Quin Piru monda willitzi.
Capeet mös heilde Cuun ſöit/
  Calewanpojat Nijttut ja mwdh löit.

Waan Carjalaiſten Nämät olit
  Epeiumalat/ quin he rucolit.
Rongoteus Ruiſta annoi/
  Pellonpecko Ohran caſwon ſoi.
Wirancannos Cauran caitzi/
  Mutoin oltin Canraſt paitzi.
Egres hernet/ Pawudh/ Naurit loi/
  Caalit/ Linat ja Hamput edeſtoi.
Köndös Huchtat ja Pellot teki/
  Quin heidän Epeuſkons näki.
Ja quin Keuekylwö kylwettin/
  Silloin vkon Malia jootijn.
Sihen haetin vkon wacka/
  Nin joopui Pica ette Acka.
Sijtte palio Häpie ſielle techtin/
  Quin ſeke cwltin ette nähtin.
Quin Rauni vkon Naini härſky/
  Jaloſti Vkoi Pohiaſti pärſky.
Se ſis annoi ilman ja Woden Tulon/
  Käkri/ ſe liſeis Carian caſwon.

Hijsi Metzeleist soi woiton/
Weden Eme wei Calat wercon.
Nyrckes Orawat annoi Metzast/
Hittawanin toi Jenexet pensast.
Eikö se cansa wimmattu ole/
Joca neite wsko ja rucole.
Sihen Piru ja Syndi weti heite/
Erte he cumarsit ja wskoit neite.
Cooluden hautijn Rooca wietin/
Joissa walitin/ parghutin ja idketin.
Menningeiset mös heiden Wffrins sait/
Cosca Lesket hoolit ja nait.
Palweltin mös palio mwta/
Kimet/ Cannot/ Auringot/ Cuuta.

Versio Svecana; apud Bängium est;

Tapio styrde giller i skog/ och Achti dref fi-
skarna i fiord.
Aenewainen dichtade wijsor/ och effter Rachoi
feck Månan lysa.
Leckiö rådde öfwer gräås och trä/ och Ilma-
rinen reesande knä.
Turisas unte seger i Krig/ men öfwer lagd
skatt war Skrattens skrij.

Tomp-

Ton pken lagade all huus i Gård/ och Ca-
peet åto Mönarna snålt.
Jätterne slogo gräås aff Aengiar/ och lijsade
brafft lata Drångiar.

Rongoteus gaff Rogen i Lor/ och Pellon-
pecko Kornet pä For.
Wirancannos gaff Hafrans wäxt/ för Aer-
ter och Kåål stodh Egres bäst.
Köndös harkade Swed och Aeker/ och effter
Wåårsåd geck an Thorskålans löter:
När Ragnel Thorinnan begynte storliuda/
bulrade Thor och gaff nyt siuda.
Kekri ökte Booskap i Stall: och Hysi dreff
Skogzdiuren wall.
Watumodren fööste Fiskar i Nååt/ och Nyr-
kes gaff Eckornar off Trååt.
Harar uhr Buskan gaff Hitawanen/ men
Maat widh Griffter åt sielfwa Fanen.
Spöke togh Offer aff nygiffta Gubbar: som
tå och tientes Steenar och Stubbar.
Fast meer dyrcktes Stiernor och Måna/ medh
Solen den stora Himmels Kåna.

§. V.

§. V.

Laudem meretur conatus *Bängii*, qui ex reliquiis cultus unius vel alterius Dei apud Lappones, ostendit Fennones, a certis Diis certa precibus expetisse beneficia, hisque, iis obtentis, & gratias egisse, & dona obtulisse. Cui rei declarandæ inservit antiqua ursorum cantilena, nobis dicta Biörnwisa/ quæ ita habet:

Vid. Bäng. Lib. VI. c. VII.

Medzän dyris woitettu
Tuo meil tåyttäterweyttå/
Aitta wastan saalihita.
Tuo tuhattta tullesaßa
Saata sata saalihixi.
Julki tulin Jumalista
Cansa saalin iloisesta/
Joka ilman ihmet/ waiwat
Annon andoi/ rahan radet.
Cosca tulen kotihijn
Colme yötä ilon pidän.
Ilos tulin/ ilos lädhin
Läpi laxo/ wuoret/ waarat/
Aja paha edellånsa.
Pertos tuli Päiwän tulo.

Päi-

Päiwå tule wielå pertos
Cunnioitan sua jälistänså
Wuosi wuodel saalihixi.
Etten unhoidz Ochton wirten.
Sitå wast wiel toisti tulen.

In Suecanam linguam ita transtulit Dn. Tuderus;

Tu Dyre Skogzdiur som ligger här
Wunnen och sargat swåra
Till wårom byy full helsa bäår
Och Roof til wisthuus wära/
Til hundrataal oß skaffa Rooff
Aff samma slagh tilhanda
Hempta twsend til wårt behoff
När tu til oß will lända.
Ifrån de Gudar monde jagh
Rätt vppenbarligh komma
Som gåfwo migh gott Roof i dagh
Förvthan sorgh til fromma.
När dagen Lius går bak om fiäll/
Och iagh heem kan fort komma/
Skall glädie stoor stå i mitt Tiäll
Tree Nätter vthi blomma.

F

Medh

Medh Lust och Frögd iagh hädanfoor
Ofwer the Bärgän leeda/
Och kom igen medh glädie stoor
The onda läät frånleede.
Med glädie thenne dagh vprann
Som nu för hand' mond wara;
Medh frögd och glädie ähn försann
Kommer den dagen klara.
Jagh wil tigh ähra immerfort
Och Rooff aff tigh förmoda
At iagh intet må glömma bort
Min Biörnesång then goda.

Vexionius loco citato, de Fennis agens, plures refert eorum ſuperſtitiones; *Hujusmodi,* inquit, *etiam ſtatuas in deſerto ſub ingentibus ſaxis repoſuerunt, & juxta, thecam incantatoriam; ex qua aperta ingentes muſcæ cæruleæ, (velut in ſacris Baalzebub muſca-Deus, diabolus audit) egrediebantur, ut habet Chron. Norv. Quas incantantes quotidie ad expediunda negotia; hominibus aut pecudibus, a quibus laceſſiti, nocere; veritos excitare, rupes experimenti cauſa disjicere. Tales*

les thecas ſingulæ familiæ habuerunt; & in hæreditate acceperunt. Hisque artibus teneram etiam ætatem informarunt. Ita edocti qui peregre agerentur, humi per horulam exanimis ſimiles proſtrati, livore ac nigrore faciem occupante, reſurgentes denunciarunt. Nodis traditis ventos vendiderunt. Hominum frontem in in cervicem retorſerunt. Saxa natare fecerunt.

§. VI.

Diximus hujus capitis paragrapho primo, ſenſum animis mortalium, poſt lapſum, hunc in fuiſſe, ut intelligerent, unum eſſe Deum, creatorem coelorum terrarumque, quum ipſa ſe conſulens id videat humana ratio. Quare credibile eſt, Fennones ſapientiores, ut apud nationes multas alias, ſub diverſis his nominibus, unum coluiſſe numen, variis inſignitum nominibus, a varietate operum. Quam gentilium opinionem luculenter declarant magni nominis viri. Elias Schedius, de Diis Germanis loquens, hujusmodi profert verba; *plures enim, niſi unum Deum,* *Cap. 12. p. m. 199.*

 non

non statuebant. Et si accuratius respiciamus cæteras inveniemus etiam gentes unum Deum statuisse. Quare bene dixit Aristoteles in libro *περὶ κόσμε; unus vero Deus existens; multis nominibus dictus est; denominatus ab omnibus effectibus, quorum specimen edere ipse solet.* Novimus autem, plebem rudem, si in quapiam alia re, in iis sane, quæ ad religionem pertinent, supestitionis esse impotentem. Unde magnus Gerardus Joannes Vossius de Idololatria, laudaturus Stoicos, quod unum statuerent numen, ita loquitur; *Quod ad prius, non quidem damnare τὴν πολυθεότητα ausi. Sed hoc inde erat, ne turbarent Rempublicam, ac sibi cum Socrate, crearent periculum. Eosdem igitur cum vulgo Deos colebant: sed mente longe alia. Nam, secundum Theologiam civilem, Dii erant plurimi: qui inter se curam & cœlestium, & terrestrium partirentur. Singula igitur sidera, elementa singula, singuli iis Dii erant.* Et ab initio ejusdem capitis; *Vidimus hactenus, quomodo sapientiores gentilium, etsi varia adeo numina colerent cum vulgo, tamen animo agnoscerent unum numen, nempe rerum naturam: ad quod unicum numen omnia reducebant nomina & numina, quæ toto orbe colerentur.* Sed redimus ad Fennones, quorum sapientiores, unum agnovisse numen, diversis epithetis, desumtis ab effectibus, quos summæ potentiæ adscribebant, non dubium esse videtur. Quare probanda est de iis sententia Bängii dicentis, numinum falsorum nomina pleraque non esse propria, sed appellativa, sumta vel a Deorum officiis, vel adjunctis.

Lib. VII. c. VII.

Vid. Pet. Bäng. in hist. Eccl. l. VI. c. VII.

CAPUT TERTIUM.

De Religione Fennonum Christiana.

§. I.

Quæ fuerit facies religionis Fennicæ sub paganismo vidimus, & miseramur illorum temporum hominumque fortunam: & simul dolemus, pertinaciam majorum in retinenda patrum superstitione tantam fuisse, ut armis tandem esset expugnanda. Quæ ratio propagan-

gandæ Religionis justane, an injusta fuerit, nostri non est instituti disquirere. Difficulter interim Christianam fidem & tergiversanter admisisse majoros nostros, vel ex Epistola Alexandri III. Papæ constat. Scripsit ille ad Stephanum Archi Episcopum Upsaliensem in hunc modum. *Gravis admodum & difficilis est ad Apostolicam sedem querela perlata, quod Finni semper imminente sibi exercitu inimicorum, fidem servare christianam promittunt, & prædicatores & eruditores christianæ legis desideranter requirunt, & recedente exercitu, fidem abnegant, prædicatores contemnunt, & graviter persequuntur. Unde quoniam in hoc Deo illudere, et Christianam religionem deridere videntur, & illis se duplo filios gehennæ constituentibus, salus & vita eorum tota in terrenis, neglectis cœlestibus, conspicitur consistere: nec est dignum ut eis in adversitate Christianum nomen defensionem conferat, quod in prosperitate despicere & horrere probantur: universitatem vestram monemus, atque mandamus, quatenus a fallaciis & fraudibus eorum ita prudenter et dis-*

Vastovius p. 161.

discrete de cætero caveatis, quod si ingruerit necessitas, ad auxilium & defensionem vestram non possint recurrere, nisi munitiones, si quas habent, vobis tenendas assignent, aut alias, adeo sufficientem cautionem exhibeant & securitatem, quomodo nullatenus pedem retrahere, aut vestram prudentiam valeant circumvenire: sed Christianæ fidei documenta cogantur tenere firmiter & servare ne amplius de eorum numero videantur, de quibus dictum est, confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Datum Tuscul. V. Idus septembris

Stephanus autem obtinuit Archiepiscopatum Upsaliensem ab Alexandro III. Papa, anno 1163. Constat igitur ex his literis Alexandri, non semel antea, missis in Fenniam apostolis, sollicitatam eam fuisse avocatamque ab erroribus, sed vocantibus non paruisse: simulque apparet, quemadmodum vellet Romanus Pontifex ad ecclesiam christianam compellere Fennos, adhibendo vim & gladios, occupandoque, si qua ibi essent loca munita. Nunc inquam, non primum tentata est superstitio Finlandici populi.

Oernhjelm. Hist. Eccl. Libr. IV. V. X. &c.

puli. Tentata eſt olim: nec dubitandum, quin ſæpius admoniti ſint Epiſcopi Upſalienſes a Papa, ſui officii in convertendis profanis his animis ad veriorem veri Dei cultum. Certe Ericus IX. ſive Sanctus nulli, in hoc negotio, pepercit labori. Quare ipſe Anno Chriſti 1157. ut docet Oerhnjelmius, in Fenniam tranſivit nume- *Hiſt. Eccl. p. 462.* roſo cum exercitu, ſimul adducto ſecum Epiſcopo Upſalienſi Henrico. Illam hiſtoriam idoneus ſcriptor ita narrat Iſrael Erlandi. *Cap. 6:10.* *Ordinato regno ad inimicos fidei & hoſtes populi ſui manum convertens, coadunato exercitu, & aſſumpto ſecum ex eccleſia Upſalienſi beato Henrico Epiſcopo verſus Finnones expeditionem dirigit, ipſosque fide Chriſti prius oblata ac pace exhibita renitentes & rebelles in ultionem ſanguinis Chriſtiani manu valida aggreditur, ac bello devictos victor proſtravit.* Et mox; *Convocato igitur, qui remanſit, populo terræ, pace data, prædicata Chriſti fide, baptiſatis plurimis, fundatis eccleſiis, poſitoque ibidem, quem ſupra diximus, beato Henrico Epiſcopo, qui poſtmodum illic*

mar-

martyrio coronatus eſt inſtitutisque ibi ſacerdotibus, ac cæteris quæ ad religionem Chriſtiani cultus pertinent, ordinatis, ad Sueciam cum glorioſa victoria remeavit. Revertitur in Sueciam Rex Ericus: Henricus in Finlandia remanet, Fennonumque converſioni omnem impendit operam: quare quum ab impio quodam homine, cujus nomen erat Lalle, trucidaretur, dignus ab Adriano IV. Pontifice habitus eſt, qui divorum catalogo adſcribe- *Vaſtovius p. 67.* retur, ac Sueciæ Finlandiæque Patronus crearetur, ita præcipiente Papa. Scilicet illum *quotannis feſta cædis ipſius die, quæ erat XIX. menſis Januarii, ſolennibus precibus ac ceremoniis, tanquam tutelare quoddam Numen, ac cuſtodem angelum, compellarent, ac colerent.* *Oernhjelm. p. 463.* Varia ſi cupis videre miracula, vi corporis Henrici facta, ea recenſet Vaſtovius. *p. 66. & 67.*

§. II.

Oppoſuit ſe interim gens noſtra, eadem pertinacia, his, qui ſibi rectius cuperent, poſt cædem quoque Henrici, ut

G vidi-

vidimus nuper ex literis Alexandri Papæ ad Stephanum. Literas has exscribit Oernhjelmius, hocce addito judicio: *his hortatibus ac monitis obsecuti Gutormus Dux & Stephanus Archiepiscopus, auspiciis Caroli Regis Finnos postmodum ademptis, si quas habuere, arcibus, prorsus subegere, & in Christiana fide erudiere, instituta hoc tempore ad Rendamechi in præfectura, ut puto, Viburgensi, prima sede Episcoporum Finlandiæ, quæ permissu Gregorii IX. Romani Pontificis, degentis tum Perusii, anno sequentis seculi XXVI. & die Januarii mensis XXIII. Aboam translata est.* De Henrico ita loquitur Vastovius. *Beatus vero Henricus vineæ Domini recenter plantatæ culturam & custodiam suscepit. In tanta quippe pastorum penuria, animarum zelo, honorisque divini cupidine succensus, seipsum obtulit, ut teneros Christo nuper ex aqua renatos filios educaret, foveret, ad maturitatemque perduceret, nulla pericula reformidans, nulla metuens adversa. Tantus fidei fervor, tantus ardor divini amoris, altare aureum cordis devotissimi Pontificis*

Hist. Eccl. pag. 491.

p. 65. 66.

tificis accenderat, ut postpositis divitiis, amicorum solatiis, sublimi Upsaliensis Ecclesiæ præsulatu, pro pauperum & paucarum ovium incolumitate, multis se mortis periculis exposuerit, illius imitatione pastoris, qui relictis nonaginta novem ovibus, in deserto, unicam errantem requisivit, & inventam ad ovile propriis impositam humeris deportavit.

§. III.

Quod putat Oernhjelmius, Rendamechi sitam fuisse in prætura Wiburgensi, in eo, ut a viro summo dissentiamus, facit auctoritas eorum, qui ignorant ullum locum, per Finlandiam, hoc gaudere nomine, præter parœciam Aboensi urbi admodum vicinam, Theologicæque adjunctam Facultati. Rendamechensis itaque parœcia prima fuit sedes Episcopalis. Nam hinc Aboam translatam esse docet his verbis in vite aquilonia Vastovius, *Martyrium subiit* (Henricus) *anno salutis* 1150. 19 *Januarii & relatus in numerum Sanctorum, ab Adriano IV. Anno* 1158. *quo tempore Abo-*

pag. 67.

giæ facta est sedes Episcopalis, ab eodem Pontifice, cum antea fuisset ecclesia Rendamechensis primaria. Sed de anno controversia est. pag. 464. Emendat Vastovium Oernhjelmius in hunc modum. *Per apotheosin autem factum eum Patronum Sueciæ ac Finlandiæ An.* 1158. *jussu Adriani Quarti putat Vastovius, simulque Aboam factam Episcoporum Finlandiæ sedem, quæ prius fuerat apud Rendamechensem Ecclesiam. Sed verum non est illud de peracta hoc anno apotheosi, nec intercessit inter ipsam & eadem tantillum temporis, quod longius alias requirere solent Pontifices, ad explorandam miraculorum frequentiam, & superstitionem hominum ad deferendos divinos honores consecrandis, quam ipsi devotionem male appellitant. Quod vero tradit tunc factam translationem sedis Episcopalis a Rendamechi Aboam, ea contigit non nisi* 1228. *ut docebit nostrum bullarium, non* 1300. *ut perperam tradit Messenius.* Est interim verum, Henricum fuisse primum Episcopum Fennonum, quum fuisset ordine quartus, inter Episcopos Upsalienses.

§. IV.

Antequam ad ceteros Episcopos, Henricum excipientes perrexero, de sede episcopali addo caussam, cur apud Rendamechenses instituta fuerit. Locus ipse non longe ab urbe Aboa distat, & vocatur Nousis, in quo sepultus est Henricus, auctore Vastovio. *Sepultus est autem*, inquit, pag. 67. *in loco Finlandiæ, qui Nousis dicitur, cujus cenotaphium plurimum illustraverat Episcopus Abogen. Joannes Petri Stub. An. D.* 1370. *caput tamen & brachia Abogiæ visuntur, nunc ferro, olim etiam argento inclusa, per Episcopum Abogensem Olaum Tunasan.* Superest etiam hodie fama de tumulo Henrici, Fennonibus nota. Quum itaque Rendamechi sit vicina Aboæ, & fuerit perpetua quasi consuetudo primorum in septentrione Episcoporum, non in ipsis urbibus provinciarum considere, sed extra eas; non dubitamus affirmare, Christianam in Finlandia primam ecclesiam heic fundatam esse. Scilicet hoc consilium erat prudentibus Sacerdotibus, ne in medium convertendo-

rum ſe ingererent. Potuiſſent ita aut inſidiis, aut furori profanorum facilius patere, quam ſi abeſſent, inque vicinia multitudinis urbicæ, rem Chriſtianam agerent adeundo, advocando, colloquendoque cum his, quos magis idoneos arbitrabantur ad ſua Chriſtiana accipienda ſacra. Procul ab urbibus abeſſe non debebant, quia heic major meſſis majorque fructus erat ſperandus. Neque opidanorum mores & inſtituta & religionem ſolent ſequi ruricolæ. Adeoque urbium præfecti & potiores erant Epiſcopis in partes trahendi, ſi vellent, ceteros ſequi. Ita actum eſſe in Sudermannia, rerum tradunt monumenta, ex quibus patet, præſules Stregneſenſes, in loco, duobus fere milliaribus,
vid. Oehrnh. pag. 188. Stregneſia diſtante, qui *Fors* vocatur, domicilia locaſſe. Et loquuntur hiſtoriæ, Upſalienſem Epiſcopatum in rurali, ſua habuiſſe initia, hoc eſt, in vicinia urbis Upſalienſis, ubi tot gentiles convertendi erant, & tandem converſi ſunt.

§. V.

§. V.

Oritur heic quæſtio, an Eſthonum Epiſcopi primis temporibus diſtincti fuerinr ab Aboenſium Fennonumque? ſane Alexander Papa III. ſcribens ad Trundenſem Archiepiſcopum & petens, vellet Archiepiſcopus mittere Fulconi Nicolaum Monachum Eſthonicæ linguæ peritum, ut auxilio illi eſſet in convertenda illa gente, *Fulconem* vocat Epiſcopum Eſthonum. Ita *Vaſt. p. 162.*
idem Alexander III. appellat *Julium* aut *Julionem* Epiſcopum Eſthonum in Epiſtola ad *Vaſt. p. 163.*
Danos. Sequentia etiam Oernhjelmius habet; *Promiſſam ſuperius Alexandri Papæ epi-* *pag. 571.*
ſtolam de Julio Eſthonum finitimorumque populorum Epiſcopo, ſurrogato in locum Folquini, fas fuerit hic, etſi non ſuo prorſus loco, adponere, ut adpareat, quæ fuerat apud gentem Chriſtianæ pietati acriter adhuc reluctantem primorum Epiſcoporum ſucceſſio. Cur dicat magnus vir, Julium Eſthonum Epiſcopum ſurrogatum in locum Folconis aut Folquini, non capio. Ad ſedem Epiſcopalem Finlandiæ Folquinum pertinere, videtur certum

tum esse. Et quia Julius ille non comparet in catalogo Episcoporum Rendamechensium, distinguendum est forte inter Esthonum & Fennonum Episcopatum, aut dicendum, primos, post Beatum Henricum, Episcopos, non certa sede usos, sed huc & illuc se contulisse, prout res Christiana postulavit. Jamque Julium illum, quum operam insumeret informandis Esthonibus, Esthonum Episcopum vocatum. Henricum vero excepit in cathedra Rendamechensi *Rudolphus*, quem ordine sequitur *Folquinus*, *Thomas Anglus*, de ordine Prædicatorum, *Bero*, *Ragvaldus*, *Catillus*, *Johannes*. Fuit vero hic Johannes octavus Episcopus & ultimus in Rendamechi. Nonus enim *Magnus*, transtulit cathedram Episcopalem Aboam. Hac de re ita loquitur
pag. 3. Paulus Justen in manuscripto. *Hic transtulit cathedram Episcopalem de Rendamechi ad locum, ubi nunc est Ecclesia lapidea constructa, de licentia D. Papæ Bonifacii octavi, anno D.* 1300, *& ibi primus sepelitur.* Erat is natione Fenno. Magnum sequuntur *Ragval-*

dus,

dus, *Benedictus*, *Hemmingius*, *Henricus Hermanni*, *Johannes Petri*, *Johannes* cognomine *Westpahl*, *Bero Gregorii Balck*, *Magnus Olai*, *Olaus*, nepos prioris, *Conradus Pitzer*, *Magnus Nicolai* de Särkilax, *Laurentius Michaelis Suripä*, *Johannes Olai*, *Arvidus Kurck*, qui agmen claudit Episcoporum Pontificiorum.

§. VI.

Invisit tandem, sub rege, memoriæ gloriosissimæ, Gustavo primo, has oras religio Christiana purior, Lutherana, per *Martinum* Skytte. Audiamus Paulum Ju- pag. 13.
sten. *Hujus Martini temporibus corruit Papatus, in tota Finlandia: abolitæ sunt missæ privatæ & angulares, desiit aqua Lustralis, cinerum & palmarum consecratio, cantus ecclesiasticus immutatus & correctus est.* Accepit vero Lutherana religio multum incrementi per M. *Petrum Serkilax*, qui discipulus Lutheri, in ecclesias & scholas Finlandiæ, immortale beneficium Gustavi Regis primus intulit. Laudandum hoc imprimis in Martino, quod ipse utpote cœlibem agens,

Messenius Tom. X p. 24 Spegel in parte post. Hist. Eccl. p. 492.

H vitam,

vide Paulum Justen p. 12. item Spegel in parte post Hist. Eccl. p. 402.

vitam, contentus modica redituum parte, ex reliqua octo ingenuos juvenes, beati Doctoris Lutheri & Philippi disciplinæ traderet, atque ut alumnos sustentaret. Horum opera, postquam Witteberga domum reversi essent, tota sensim Finlandia Lutheranismum amplexa est. Locum Episcopalem, post Martinum tenuit *Michael Agricola*, qui, quum rectorem Scholæ Aboensis ageret, Novum Testamentum in Fennonicam linguam transtulit. Hoc quoque translatore, psalmi Davidis, & Lutheri Catechismus, Fennica lingua editi sunt. De auctore tamen versionis Psalterii paulo aliter habet manuscriptum Pauli Justen. Sequitur in cathedra episcopali M, *Petrus Follingius*. qui accusatus nimiæ avaritiæ, & præterea suspectus machinationum occultarum adversus regem Ericum XIV. officio exuitur.

Messenius Tom. X. p. 2. Anno 1542. Spegel in parte post. Hist. Eccl. p. 403.

pag. 15.

Spegel in parte post. Hist. Eccl. p. 404. item P. Justen, p. 16.

Huic successit *Paulus Justen*, anno 1563. sed male habitus in carcere apud hostes, ad quos, quum, legationis causa pro-

Spegel. l. c. p. 405.

fectus esset, brevi vitam cum morte commutavit, successorem nactus Magistrum *Ericum Erici* Finlandum de Sorola. Sextus antistes evangelicus erat Mag. *Isaacus Birgeri Rothovius*, septimus Mag. *Eschillus Petræus*, qui, ita jubente rege anno 1636. transtulit Biblia in linguam Finlandorum, quæ postea impressa sunt Stockholmiæ anno 1642. Octavus erat Doctor *Joannes Terserus*: cui successit ordine nonus, Doctor *Joannes Gezelius*, pater, illum Doctor *Joannes Gezelius*, filius. De trium summorum horum episcoporum laboribus, in usum ecclesiæ editis, ideo non loquor, quia nemo est, qui non fateatur, multum & Finlandicas ecclesias & reliquas, per eorum summam eruditionem & labores profecisse. Undecimus, qui cathedram episcopalem hoc tempore ornat, est Reverendissimus Pater, S. S. Theologiæ Doctor, & Procancellarius Academiæ Aboensis, Dominus *Hermannus Witte*; cui Deus vitam longam atque vires integras clemen-

Spegel in Hist. Eccl. parte post. p. 407.

 tissi-

tiſſime largiatur! ſic fiet, ut ex ejus mirifico ardore, niſu atque cura in promovendo vero veri Numinis cultu, religio vera, DEO juvante, captura ſit incrementa. Hoc eſt noſtrum votum; annuat autem voto, qui tenebras gentilium & Pontificiorum diſpulit, & lucem claram Finlandiæ reſtituit, DEUS Optimus Maximus!

Hæc pauca fuere, quæ tecum, Candide Lector, voluimus communicata. Rogo perofficioſe, ut quæ adferre potuerim, in meliorem interpretari velis partem.

Soli DEO Gloria.